

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 182

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 409.

Cod. CLXXXII. n. 1. 2.

409.

Soc. CLXXXII.

Chartac: Fol: Soc: 14 & 15.

2
2.5.

1.

Hugonis de Prato sermones dominicales, *les tam de Evangelis, quam de Epistolis. Praecedit prologus, qui incipit: "Ecce dabit voci suae vocem virtutis pro se." Quamvis a multis multipliciter sint conflati sermones. Circa prologi medium dicit author: "Sermones dominicales de evangelis et epistolis per totum annum ad dei honorem et proximorum salutem / et predicandum commodum compilari prout mihi divina gratia largita est / de brato scripture / Gobriunus de brato de florido ordine predicatorum minimus florens." Codex autem noster complectitur tantum sermones de dominica prima Adventus ad Palmam usque. Primus sermo incipit: "Dixit filie Syon ecce rex tuus venit tibi mansuetus / Me / et / istud tempus vocatur adventus domini." Habentur etiam in Cod. CXXXVII. num: 1.*

2.

Passio J. N. I. Chr. cum commentario litterali. Incipit "Scitis quia post biduum pascha fiet et filius hominis tradetur et crucifigetur Mt 26. Ista verba prime partis passionis Dominus dixit discipulis suis." Author istius Commentarii adhuc me fugit: diversus enim est ab illis Commentariis passionis, quorum facta est mentio in eodiscipulis precedentibus.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 182

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 410.

410.

Cod. CLXXXII. n. 3.

3

Jacobi de Voragine
sermone
quadragesima.

243a-392a

1664

Jacobi de Voragine sermones quadragesi-
males, quorum primus incipit: "Filia popu-
li mei induere cilicio etc. Quamvis solenni-
tas quadragesimalis in sequenti dominica in-
choetur." Hos sermones certo esse Jacobi de
Voragine me docuit Quetif Sript. Ord. Bened.
T. I. pag. 456, ubi ad calicem secunda colum-
ne ait: "Fecit et sermones de omnibus evan-
gelis, quae in Septuagesima in quadrage-
sima leguntur scilicet a quarta feria
cinerum usque ad tertiam feriam post pas-
cha de quolibet evangelio faciens duos
sermones. Istud opus sic incipit: "Filia
populi mei induere cilicio. Haec Quetifii
dicta codici nostro apprimè conveniunt,
et infra in Cod. CCLXXV. Jacobi nomine ex-
presso adscribuntur. In fine additum est:
"Et sic est finis feria 3^a ante festum
sancti Georii LXIII^o Jar Hoc quadrage-
simalis vero et tu autem et est bonum
et optimum quidam doctor de ordine pre-
dicatorum composuit". Hinc adje-
tus est sermo de virgine, qui incipit: "Ad-
ducentur regi etc. Ista virgo Sancta N."

Com
Pa

2a

Com
Hui.
Paus

169

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 182

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at -
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: manuscripta.at/?ID=27519

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:

[OLIVER - Online manuscript description \(HMML\)](#)